

## Primus phisicorum.

dicitur oppositum dicitur quod sensus est linea est quantitas in qua est longitudo sine latitudine et profunditate. Sed tunc queritur ex quo longitudo est verum ens reale an sit substantia vel quantitas vel ad aliquid etc. Nec sufficit dicere quod non est quantitas sed passio quantitatis: quoniam risibile est vera qualitas licet sit passio sed dicitur quod non est simile de alijs passionibus rerum et de passionibus quantitatis que sunt reductiue in eodem predicamento cum eo cuius sunt passio. Dicit tamen alibi quod est quedam dimensio relativa et illa est relatio potest ergo dici de dimensionibus sicut dictum est de extensione. S. T. opus. 32. ca. iij. dimensiones essentialiter quantitates sunt et si non actu ad genus quantitatis pertineant.

Ad septimum negatur consequentia deinde dicitur quod mobile per suum motum non acquirit per se vel per mutata esse huiusmodi indiuisibilia quia per motum localem non acquiritur nisi locus siue vbi. Ad aliud alicui videretur quod punctum non est ante lineam: quia punctum est in linea et non alio modo essendi inquantibus sicut accidens in subiecto. Sed contra tunc diuisibilitas et indiuisibilitas essent in eodem. Punctum enim est indiuisibile dicitur enim hic expresse philosophus quod indiuisibile nec est finitum nec infinitum sed est finis. Item tunc linea esset punctalis: quia esset subiectum puncti. Ideo potest dici quod indiuisibilia sunt priora simpliciter linea quia cadunt in definitione eius: tamen quo ad existentiam in subiecto prius est linea quam punctum vel saltem corpus precedit punctum sicut perfectum imperfectum.

Ad octauum dicitur quod punctum est aliquid posituum et per negationem circumloquimur affirmationem et in sua definitione dicitur quod habet positionem in continuo non quod habeat situm sed continet partes vel terminat et sic differt ab unitate. Deinde dicitur quod quando linea diuiditur ibi sunt duo puncta in actu que aliquomodo prius erant in potentia vnde dicitur. S. T. iij. metha. lec. iij. Quando corpus vnum diuiditur in duo efficiuntur due superficies quia non potest dici quod quando corpora duo vniuntur quod due superficies eorum maneat sed vtraque corrumpitur. i. de sunt esse.

Ad nonum conceduntur illata.

Ad decimum dicitur pro nunc quod unitas realiter distinguitur ab omni quantitate continua nec est inconueniens quod accidens indiuisibile sit in subiecto diuisibili paternitas enim est accidens indiuisibile et est in toto patre qui diuisibilis est et si dicatur indiuisibile additum alteri non reddit ipsum maius ergo si unitas sit indiuisibilis si addatur binario non facit maiorem numerum. Dicendum quod hoc solum verum est in quantitate continua quod indiuisibile additum alteri non reddit ipsum maius.

Ad argumeta tamen tacta pro alia opinione dicit herueus quod mensura non dicitur relative sic quod formaliter dicat ipsum respectum sicut pater et filius: sed dicitur relative sicut fundamentum relationis vnde est relatiuum secundum dici sicut quantum refertur ad quantum licet autem illud quod dicit formaliter non sit species vel principium speciei quantitatis: illud tamen quod est fundamentum respectus potest esse quantitas vel principium quantitatis. Secundo dicitur quod licet unitas distinguatur a substantia non tamen sequitur quod deus possit eam separare album enim et albedo distinguuntur et tamen in sensu composito deus non potest facere album sine albedine.

Ad vndecimum dicitur quod numerus est accidens diuisibile. vnde. S. T. dicit prima. q. viij. ar. iij. ad secundum quod numerus cum sit accidens non est per se sed per accidens in loco nec est totus in quolibet numeratorum sed in parte et sic non sequitur quod sit primo et per se vbiq. Item. q. xxx. arti. i. ad nonum dicitur quod vnum est pars duorum et duo trium. Si ergo quater vtrum numerus sit unitates potest dici quod non quia vt dictum est totum realiter distinguitur a suis partibus. Sed contra ex pluribus existentibus in actu non fit vnum tertium: vnde plures lapides non faciunt vnum per se nec unitas que est parisius est in potentia ad unitatem que est rome. Item vel ternarius est totum homogeneum et tunc sequitur quod omnes partes eius sunt eiusdem speciei scilicet binarius et unitas. Si dicatur quod est totum eterogeneum et ideo non quilibet pars ternarius est ternarius.

Contra tres unitates est quibus componitur ternarius sunt eiusdem speciei ergo ternarius est totum homogeneum. dicendum quod vna unitas vt est sub quadam relatione ad aliam se habet vt potentia ad vltimam unitatem. Secundo dicitur quod ternarius est totum eterogeneum licet omnes eius unitates sunt eiusdem speciei. Secundo dicitur vt in logica quod passio numeri est in pluribus collectiue et quod numerus est aliquo modo vnum per se et formaliter aliqd. Paulus venetus tuetur alteram opinionem scilicet quod numerus est indiuisibilis.



Ad quartum sic proceditur videtur quod substantia sine quantitate sit diuisibilis quia seclusa quantitate adhuc for. non esset placet esset diuisus a platone. Sed contra est philosophus:

Respondeo dicendum quod aliqui etiam thomiste et reales non admittunt substantiam posse esse sine quantitate et hoc de hoc multa dicta sunt in logica suadet tamen sic quoniam alias esset possibile quod continuu esset diuisum in omnem partem quod seclusa quantitate nulla pars alteri contineretur. continuatio enim est per quantitate et per puncta. Item sequeretur quod corruptibile posset fieri incorruptibile quod seclusa quantitate a sorte sortes non possent suscipere caliditatem neque frigiditatem et esset incorruptibile ex hoc videtur quod quantum est propria passio corporis quod corruptibile est passio rei naturalis et fundatur in quantitate. Item materia signata est principium indiuiduationis et materia signata est materia sub hac quantitate vnde quantitas diuidit vnum indiuiduum ab alio seclusa enim quantitate sortes amplius non esset sorts quod non esset singularis non enim amplius distingueretur a platone. Item tunc aliqua albedo sine additioe alicui fieret infinita quoniam seclusa quantitate vna pars non distaret ab alia et sic omnes partes essent simul et per prius tota albedo esset infinita quod in eodem puncto essent infinite albedines que prius erant in partibus proportionalibus. Item tunc aer et aqua possent esse simul et se penetrarent et nec essent equalia nec inequalia et sortes esset simul cum aere pono enim quod corrupta quantitas sortis tunc occupat spacium re sistit aeri vel non. Si primum est quantum si enim potest esse simul cum aere. Item seclusa quantitate for. h3 aiam est h3 corp9 organicu s3 corp9 orgaicu non est sine quantitate et for. h3 quantitate et non h3 quantitate. Item tunc quantitas esset supflua non enim est ponenda vt pres distet per respectu ad locu vt dictu est nec vt totu sit diuisibile quod seclusa quantitate per aduersariu ad huc caput sortis non esset pes eius nec materia esset forma.

Item bene sequitur quantitas non est in hoc subiecto ergo nec propria passio subiecti: vt puta diuisi